

## KURUCZ HIRLAPOK 1705-BŐL BERLINBEN.<sup>1)</sup>

Közli: **Thaly Kálmán.**

1879. évi akadémiai értekezésemben (Az első hazai hírlap, 1705—1710. «Értekezések a történelmi tudományok köréből, VIII. köt. 4. sz. 1879.) előadtam volt mindazt, a mit a »Mercurius Hungaricus« czímen kezdett s »Mercurius Veridicus ex Hungaria« czímen folytatott Rákóczy-féle hírlap keletkezéséről, hivatásáról s hat évi pályafutásáról stb. kinyomoznom sikerült. Közlém az ide vonatkozó adatokat, melyek kétségtelenül kiderítik, hogy e kurucz hírlap (az első hazai heti, később havi közlöny) alapításának eszméje gróf Eszterházy Antal tábornoktól ered, ki az első számot megszerkesztvén, mindjárt ki is nyomatta Kassán, s 1705. évi április 14-iki leveléhez csatolva küldé meg a fejedelemnek; és hogy Rákóczy az eszmét elfogadta, ezentúl hetenként egy-egy számot összeállíttatni és kinyomatni rendelt udvari cancelláriája révén.

Tudjuk, hogy az indító okot e kurucz hírlap kiadására a Wienerisches Diarium célzatosan elferdített magyarelles közlései adták meg, a magyar ügyek iránt érdeklődő külföld felvilágosítása végett, és hogy épen e cél miatt szerkesztetett a »Mercurius« latin s nem magyar nyelven.

Értekezésem keretében lenyomattam a felkutathatott egyes számok tartalmát, a mennyiben hozzájuthattam, teljes szöveg szerint, s a mennyiben nem, legalább kivonatosan. Ilyen két kivonat olvasható értekezésem legvégén is (47—48. l.) a berlini porosz kir. államlevéltárban fenmaradt két számról. Ez utóbbiak mindegyike még 1705-ből, tehát az első évfolyamból való, és pedig az első még »Mercurius Hungaricus« czím alatt május 24—30-iki, s a második már a bővített és mindvégig meg-

<sup>1)</sup> Két fénynyomatu hasonmással.

tartott »Mercurius Veridicus ex Hungaria« cím alatt augusztus 16–23-iki tudósításokat tartalmaz.

Mind a két szám nagy könyvészeti ritkaság; az utóbbi épen unicum, s a májusi is — tudunk szerint — még csak egyetlen más példányban létezik: a gróf Károlyi-család levéltárában, honnét belőle néhai Szalay László az általunk közölt kivonatot vette, de a hol ismét úgy elkeveredett, hogy mai nap-ság föl nem található.

Ekként a Magyar Nemzeti Muzem könyvtárának t. igazgatósa eléggé nem méltányolható hasznos dolgot mívelt, midőn e két kurucz hírlapszámot a berlini levéltártól kikölcsönözvén, Budapestre hozatta, itt lemásoltatta és a címlapos oldalait le is fényképeztette. Mind a kettőnek formátuma negyedréte, a májusi szám terjedelme fél, az augusztusié egész ív, vagyis 4, illetőleg 8 oldal.

Mivel pedig könyvészeti ritkaságuk mellett mind a két számnak tartalma történelmileg is igen becses: alább közöljük mindkettőt teljes szövegben.

Mig így a történelembúvár érdekes kortörténeti adalékokat nyer: addig viszont a könyv- és hírlaptörténet nyomozó, az irodalomtörténész színről-színre megismerkedhetik legelső hazai hírlapunk beosztásával, szerkesztése módjával, előadása módszerével. Hogy pedig a küloldalról is kellő képet alkothasson magának: ide csatoljuk az első lapok fénynyomait.

Idézett értekezésünkben jeleztük: mennyire szétszóródtak, elpusztultak e régi hírlapunk példányai. Új számok feltalálhatósára még a krakkói, varsói, — egy szóval a lengyel levéltárak, továbbá a pétervári orosz államlevéltár vagy könyvtár gondos átkutatása látszanék legtöbb reményt nyújtani, Rákóczy külföldi összeköttetéseit s egyéb viszonyokat tekintve. A miért is melegen fölkérünk minden hazai történet- vagy könyvbúvárt, kiket búvárkodási szenvedélyök e nevezett helyekre vezetend: ne mellőzzék ezen szempontot.

Ezek után, mielőtt magukat a berlini hírlappéldányokat szöveg szerint közölnők: ide iktatjuk még azon újabb adatainkat, melyeket a Mercurius Veridicusra nézve 1879-iki

értekezésünk megjelenése óta találtunk. Ez adatok 1705. és 1710. évről szólnak, mely utóbbi évben a kurucz közlöny — a háborús viszonyok hanyatlásra hajlása miatt — havonként már csak egyszer adatott vala ki. Így 1705. évi április 28-án gr. Forgách Simon írja Medgyes alatt álló táborából Rákóczinak: »Az Novellák iránt magamnak is intenciómban vala, hogy az mostani parancsolatja szerint Ngodnak az itt (Erdélyben) történhetők is expediáltassanak; csakhogy — szőgyen megírom! — az itt való jó vitézekkel ritkán vitethetek olly actust véghez, hogy méltó volna írásban feltenni; az mik történnek mindazáltal, igenis, tétettem dispositiót, hogy mind azok rendivel consignáltván, scriptotenus postai alkalmazásokkal expediáltassanak.« (Eredeti levél gyűjteményemben.) 1710-ben a hadi ügyek, sőt táborok élére maga Rákóczi állott, míg a diplomatiái levelezéseket maga a folyton betegeskedő főhadvezér, gr. Bercsényi Miklós intézé, mint fejedelmi helytartó. E nemű ügyei 1709 végéről és 1710-ből szép számmal maradtak ránk, s általunk összegyűjtve, az Archivium Rákócziánum VIII-ik kötetében (1882) közzétették.

Ezek között Bercsényi a kurucz hírlapokról többször emlíkezik. Először 1710. évi február 15 én Unghvárról Brenner Domokos szepesi préposthoz, a fejedelem egyik legtevékenyebb külföldi ügyvivőjéhez írott levelében:

»Az magyar gazetákat megküldöttem, s hogy continuousálni fogjuk, megírtam.« (186. l.)

Brenner tehát, ki ekkor Varsóban volt, úgy látszik, sürgette a Mercurius folytatólagos megküldését a külföld kellő tájékoztatása céljából. Volt is oka reá, mert a »Wienerisches Diarium« a magyarországi dolgokról mindegyre hazugnál hazugabb híreket közölt, s a háborúnak immár végvonaglását kürtölte, a Rákóczival barátságos külhatalmakat ekként tőle elriasztandó és a külföldi közvéleményt tévútra vezetendő. Különben pedig a Veridicusnak az a száma, melyről Bercsényi válaszolja, hogy — szétosztás végett megküldötte, a megelőző január havi volt: a Heister megkereséséről, Ocskay elfogatásáról, a romhányi ütközetről, a lőcsei ostromról s Modor, Bazin, Szent-György városok bevételéről szóló, — ugyanaz, melyet értekezésünk 34—40. lapján közöltünk.

Az 1710-iki február hónap eseményeiről szerkesztett hírlapszám kissé elkésve: márczius közepén adatott sajtó alá Bártfán, honnét márczius 19-én küldettek szét a kinyomott lapok. (I. értekezésem 41. lapját.) Minthogy pedig Bercsényi Brenner prépostnak márczius 10-én irt Kassáról hosszabb utasítást a Mercurius Veridicus sajtó alul kikerülését be nem várva, -- egyelőre írásban mellékelé számára annak szövegét, miről ekként emlékezik:

»Inhorruit nuper R. D. Vra ad casum Leucoviensem, — inhorrescet jam ad perfidiam ejusdem Generalis Andrásí, qui nuper tam gloriosam laudem aeterno foedavit dedecore: dum miseram, extrema virtute certantem Civitatem et tam generosam, Regno ac sibi fidam prodidit militiam, uti annexus loquitur Mercurius, qui typo actu mandatur, interim hic scriptum praemitto, misterium mox typo sequitur, ut adjuncta praeteriti mensis.« (Arch. Rákóczi. VIII. 207.)

Ebből kettőt tudtunk meg, először, hogy az 1710. február havi számnak — melyet nem ismerünk — főtartalmát a lőcsei catastropha leírása képezi; és másodsor a végmondatból újabb bizonyítékát nyerjük annak, hogy a Mercurius ekkor már havi, — de havonként rendszeren megjelenő — közlőny volt, és hogy ez időtt Bercsényi, — nem Rákóczi cancelláriáján szerkesztették, ép úgy, mint a diplomatai ügyiratokat.

Nagyérdekű az, a mit Bercsényi Kassáról 1710. márczius 18-áról ugyancsak Brennernek ír. Hivatkozik ugyanis a fejedelem egyik varsói ügynökének Gortholdnak levelére, mely szerint — úgy látszik, — a lengyel urak s orosz miniszterek, tábornokok, a hetenként többször megjelenő »bécsi hazugságok« hi-reivel szemben a csak havonként érkező Mercurius tudósításainak nem hisznek. Holott — okoskodik Bercsényi — a naponként hazudozókat elégséges havonként egyszer megczáfoltatni a Mercuriussal s rövideden említi a februári és márcziusi számok tartalmát:

»Quod autem domesticarum rerum causam attinet: video Dominum Gortholt ex affectu et zelo suo quo erga nos ducitur, impatienter ferre, quod fides nostris non datur Novellis et Viennensia praevalent mendacia, non mirum:

quia crebriora; certum, quid-*quid* »Mercurius« continet: pro veris habenda sunt; sufficitque inter dietim mentientis, menstruum cum veritate circumire »Mercurium«. Binas Viennenses gloriantur victorias in typo, deflent in quarters; ridemus ea quotidie, dum Moraviam visitant, Pisonium et Viennam circumvolant copiae nostrae, quae Martius feret »Mercurius«; Leucoviensem prodicionem declarat februius.« (212. l.)

Pár nap múlva, március 20-iki levelében, — melyhez a Mercurius februári számának példányait csatolja, — ugyanezeket a hírokat pengeti Bercsényi, a magyar hírlap igazmondását védvén s figyelmeztetvén Brenner: tudassa a lengyelekkel, muszkákkal, hogy a ki a romhányi harcokról közölt tudósítás valóságán kétkedik, ám jöjjön a csatahelyre, s ott a 2000-nél nagyobb számban elhullott ellenség holttesteit megszámlálhatja: » . . . . . secutus est Mercurius in typo, hic denuo acclusus, qui in rei veritate explicat actum illum. Quis iam ex solis sibi contrariis relationibus veritatem Varsaviae eruat, nisi huc ad locum conflictus veniat et sepulta 2000 et ultra inimicorum corpora revidere velit.« (U. o. 217. l.)

Ezen, ama nevezetes ütközetre vonatkozó nagybecsű adattal záródnak be a Mercurius Veridicus 1710-iki számai illető újabban napfényre hozott adalékaink. Bercsényi további levélfogalmazataiban hírlapunkról emlékezet nincs; ám mi a főnembieket e helyütt összegyűjtve közölni, már csak a teljesség okáért is célszerűnek tartottuk.

S most lássuk a berlini kir. levéltár két számát.

## I.

### MERCURIUS HUNGARICUS.

Agriâ 30. Maji.

Serenissimus Princeps Transylvaniae, ob liberiores salubrioremque auram, Civitate hac tota cum sua Aula exeundo, in apricis ejusdem campis tentoria fixit, ac in dies, quâ venationibus, quâ exercendae regulari Militiae vacando, pro continuanda Campania, de apparatus belli sedulo disponit omnia. Illustrissimus Dominus Comes Daniel Eszterházi Junior de Galantha, ob praeclara sua in Patriam merita et pro-

ximè ostensos ad Civitates Sancti Georgii, Bazinium et Modor, generosos Actus, quibus peditatum hostilem duobus millibus numerosiorem, cuncta tormenta et munitiones, omnem bagaciam et arma nostris cedere ignominiosèque exire coegit, in Generalem Campi Marschallum <sup>1)</sup> sublimatus est, et cum Sua Serenitas bellum ad partes Trans-Danubianas transferendum resolverit, ad commendandam ibidem Armadae partem eundem certò praefecisse dicitur, prout jam pro expeditione illa Decem Regimina Equestris, praeter peditatum, Danubium partim transivisse, partim ad transitum in procinctu esse, ex fidei relatione innotuit, quin et Artilleria eò destinata ex Montanis Civitatibus, una cum tormentis ac sufficientibus requisitis adducta, Hatvaninum appulit, ac rectà ad pontem super Danubio stratum devehitur. Archiepiscopus Kolo-czensis, nec-non Baro Stephanus Szirmai Legati Caesarei hic adhuc morantur, succenturiatos suos Episcopum Visa et Paulum Okolocsány Viennâ praestolantes, quos quandoquidem Serenissimus Princeps, cum confoederatis Hungaris eâ cum resolutione ad Legatos Angliae, et Confoederati Belgii (qui hactenùs mediationem suam offerebant) remisit, ut experimentum, simulque affidationem à Sua Majestate, de admissione garantiae, pro futuri tractatùs pacis securitate necessaria, sumentes, quantocyus informationem suam dare velint, intereâ verò temporis Suâ Majestate Caesarea fati cedente, tantò jam avidiùs eosdem cum responsoria resolutione expectamus, quantò magis novum successoris Regimen, quae circa res Hungaras sit intentio, scire cupimus. Serenissimo Principi, de Regimine Principatùs Transylvaniae, quod adhuc vivò Caesare, per liberum Statuum et Ordinum votum obtinuit, multi eò magis congratulantur, quòd Josephus Rex (qui etiam aegre valere dicitur) ad eundem Principatum, qua ipso etiam Diplomate Caesareo liberum, nihil praetensionis habere possit. Communi rumore spargitur Suam Serenitatem determinasse, quod brevi Universi Proceres, ad tractanda negotia Regni incertum locum conventuri sint, et id ipsum etiam ex circumstantiis rerum et dispositionibus facile creditur.

---

<sup>1)</sup> Ez hiba »Campi-Marschalli Locumtenentem« helyett; mert a l t á b o r n a g y g y á, nem tábornagygyá lón.

## Ex Castris ad Vagum. die 24. Maji.

Excellentissimus Dominus Supremus-Generalis Comes Nicolaus Bercsény de Székes, fortificationi praesidii Ujvár, omnem curam sedulo impendit, jamque tota eadem ruina, quae a tempore occupati a Turcis ejusdem fortalitii mansit, de pleno reintegrata est. Caesareus Generalis Comes Joannes Pálffi, cum parte exercitus hostilis, in insula Csalóköz moratur, positoque ad locum Békavár<sup>1)</sup> dictum vallo, ibidem pedestrem militiam munire satagit, quin ex posito super Danubium ad Komaromium ponte, quasi cum omni exercitu transiturus, stratagematice Nos eludere, ut interea fortalitiium Trencienii commeatu juvare possit, cogitavit successu haud inani, cum enim Sua Serenitas Ducibus Exercituum, offensivum bellum interdixisset, facturus experimentum novi Josephi Regiminis, praeter expectationem omnem hostis, ex Moravia conflatis hinc inde militibus et populo numerum sex millium excedentibus erupit, Caesareoque praesidio, in dicta aere Trencsénii bloquadato, commeatum administravit, nostratibus, qui vix mille ducenti aderant, paulatim cis fluvium Vagum recedentibus numerosoque, hosti resistere nequeuntibus, nihilominus tamen haud intermittente intrepido Colonello Ocskai, quin velitationibus assiduis et fortibus hostem lacesiverit, ac per sponte confluentem rusticam Plebem, quamplurimis caesis infestaverit; et cum Commendans bloquadae Emericus Bezeg, occasione actus hujus, sine licentia superiorum abfuerit, deque concursu militiae in Moravia non investigaverit, certo certius arestum subiturus creditur.

Praetermitti nequit mirabilis, qui super exercitum nostrum, contra hostem ad ripas Danubii excubantem in coelis contigit aspectus, a multis centenis, sub mediam noctem, eo modo visus, quasi ob orta primum serenitate diescere coepisset et ex post scintillantibus de coelo stellis, specialis stella quaedam nitida in repente subortam nubeaclam parvam irruisset, subito subsecuto, tanto in aëre strepitu et fragore, tonitum tormentorum imitante, versusque exercitum hostilem descendente, ut fere omnes hostem adesse rati, arma caperent, equos conscenderent, ac hincinde

<sup>1)</sup> Gútánál, a Vágnak az érsek-ujvári Duna-ágba ömlésénél.

cursitarent, denique re aspectus coelestis comperta stupescerent, quem boni ominis esse, infelicitatem Patriae jubeant Superi. <sup>1)</sup>

Ex Vallo ad Imsóth, 26. Maji.

Dominus Generalis Bottyán, exstructo validissimo ad Pagum in Imsóth vallo, idem nomine suo Bottyánvára nuncupari, ac consensu Serenissimi Principis insigniri jussit, stratoque ibidem super Danubium ponte, continuis excursionibus hostem, in plaga Transdanubiana usque dum formale bellum translatum fuerit impetit, quin et his diebus assumpta secum equestri militia, post quam hostem, commeatu Budam et Pestinum, utrumque locum, jam ad maximas angustias ac annonae caritates redactum, juvare niti intellexisset, tam opportune eum aggressus est, ut omni commeatu, curribus et equis, ac ferme 5000 ovium interceptis et ademptis plures trecentis ex hoste neci dederit, ac octoginta personas in captivitatem deduxerit Szolnokinum ad opus ejusdem fortaliti transmissos.

Ex Castris ad fluvium Körös 28. Maji.

Excellentissimus Dominus Generalis Alexander Károlyi, subintelligens Rascianos ad fluvium Marussium congregari, cum jam praeire ordines a Sua Serenitate contra eos agendi habuerit, contracta militiae suae directioni concredita, tam ad obsidendum Praesidium Caesareum Gyula, quam et reprimendas hostium excursiones, sedulo animum converterat, dum subito rumor denuo adfertur, Rascianos congregatos, non modo amnem Crisiam transivisse, sed et Oppidum Kunhegyes, abactis omnibus pecoribus, rebusque supellectilibus in praedam actis, in cineres dedisse; celeritate ergo quanto poterat, antequam ipse cum Peditatu sequeretur, Dominos Colonellos Bóné et Nyíri nec non companiam unam Germanicam cum duobus campestribus Tormentis praemisit, qui illico hostem curribus praeda onustis, ad instar valli circumdatum, adoriri ac tormentis magno cum damno

<sup>1)</sup> Lásd ezen égi tüneményről Rétei György ezredesnek gr. Bercsényi Miklós fővezérhez, »a kamocsai rétekről« 1705. május 13-ikán (mindjárt az égi jelenség után) írt levelét, általunk a Századok 1875. évi folyamában 420. l. kiadva. Tüstént reá írál valami idegen kéz a levélre a próféciát: »N. B. Memorabilis az pestis.« T. K.

impetere coeperunt; cum vero amplius hostis ictus tormentorum ferre nequiret, pro praeda opima dimicandum ratus, magno impetu in militiam nostram irruit, diuque dubio Marte, parique fervore dimicatum, donec ad extranum, Domino Colonello Nyiri globo trajecto, caesisque nostratium quadraginta quinque, acquisitis tormentis nostris, victoria Rascianis cesserit; verum occurrentibus Domino Generali fugitivis infelicemque pugnam declarantibus, tanta cum properatione, cum peditatu curribus in patulis campis Trans-Tibiscanis vecto hostem insecutus est, ut militia Equestri fugiente, denuo animata ad ipsum fluvium Crisium eum, praeda transeuntem offenderit, ac illico in fugam et confusionem actum, recuperatis tormentis ac hostilibus quoque tribus adeptis, omni praeda recepta profligaverit ac paucis effugientibus, per tria milliaria fere ad ipsum fortalitium Gyula persecutum, internecone deleverit, tanto majori cum Patriae bono, quanto plures, ab ingrata Regno perfida gente Rasciana (quae in loco nimis securo locata, omnem praedam, magno cum lucro Turcis divendere erat solita) Pagorum et Oppidorum furtivas depraedationes timebantur at ex hoc etiam Capite, pro continuanda hostis hujus persecutione, praefatus Dominus Generalis iteratos super obsidenda Gyula accepit ordines.

Ex Transylvania die 23. Maji.

Excellentissimus Dominus Comes Simon Forgáts de G h y m e s, supremus Suae Serenitatis in Regno Transylvaniae Commendans, adhuc dum in obsidione Civitatis Medgyes, per hostem summa cum diligentia munitae, moratur, eandem dies nostesque tormentis eo fine impetens, ut insultui occasionem quantocyus aperiat, brevique eandem occupandam speratur, tanto magis quod et inclytum Regimen Rothianum Pedestre, ex mille quadringentis personis constans, beneque exercitatum, ad nos appulerit, — Caesareus Generalis Rabutin, Cybinii haeret, nihil hostile tentans, unde proxime elapsis his diebus, magnus pecorum numerus abactus est, et cum ad mandatum Suae Serenitatis dictus Dominus Generalis noster, Pagos in vicinitate ejusdem fortaliti, ad tria milliaria circumjacentes, incolis aliorum collocatis, desolatos reddiderit, ingens ibidem coepit esse annonae caritas, exindeque deditioi approximat. Illustrissimus Dominus

Comes Pekri Generalis, transmisit Literas Rabbutinianas Serenissimo suo Principi, quibus fidelem hactenus exercitam secum correspondentiam laudando, in suspicionem apud nostrates eum trahere conabatur, de cuius fidelitate tamen, cum satis constet, Suaque Serenitas persvasa sit, dictus quoque Generalis inter caetera eidem rescripsit hanc litaniam: A Correspondentia, confidentia et Dominio Rabbutiniano, libera Nos Domine!

## II.

### MERCURIUS VERIDICUS EX HUNGARIA.

Nitritiae 16. Mensis Augusti.

Terror panicus invaserat primum has oras ex moderno praelio, ad Arcem Veres-kő inito, qui tamen post melius cognitum rei statum, certasque relationes, subito resedit, rebus hocmodo se habentibus: Postquam Hostis ad extrema redacto fortalitio Leopoldino succurrere conatus est, strato super Danubium ponte eoque trajecto, in campis Arcis Szente castra metatus est, ac sub mediam noctem Vallum nostrum, ad fluminis Vagi ripam pro conservatione pontis positum, furioso impetu agressus, postquam insultum ter repetiit, toties itidem virtute Baronis Nicolai Prinyi, Cohortium Pedestrium Brigaderi, repulsus est, tam exquisita sui cum clade, ut caesis quam plurimis, ac pluribus sauciatis, aliquot currus cadaveribus replet, ac ad tegendum occisorum numerum, eadem nocte humaret. Quamvis vero datis Serenissimi Principis ordinibus, magna pars Exercitus, per superiorem pontem eo fine transire iussus est, ut hostem (qui Armadam Nostram abesse ratus securius quievit) ante auroram summa vi adoriretur: nihilominus ob nimiam cunctationem res effectu caruit, cum alias communi opinione credatur, hostem ea nocte internecone deleri potuisse. Altero itaque die, recta Leopoldinum iter suum direxit, ac insidiarum nescius, denuo in alterum Vallum incidit, ac per certos ictus adeo feliciter repressus est, ut viam longiorem quaerere cogeretur, ac tantopere confunderetur, ut si hic denuo a Nostratibus invasus fuisset, certo certius profligatum lugeret nunc Austria; verum Deo aliter disponente, intentionem suam assecu-

tus est, ac dum Miles Rákóczianus praelium distulit, hostis dictum Fortalitium com meatu juvit, militeque praesidiario auxit, tanto furore in proximam Civitatem Galgócz irruens, ut eam totam cum Arce pulcherrima igni daret, ac pluribus Incolis contra Cartellam caesis, ne mendicis quidem Xenodochio repertis parceret. Interea Exercitus Noster exitum Hostis a valle Leopoldina avidè praestolabatur, quem ut Generales Caesarei conspexerunt bene ordinatum, haesit diutius totus exercitus hostilis viam effugii quaerendo; ideoque hinc inde cavillando, ac nunc Moraviam versus, nunc retrorsum iter suum dirigendo, magno fatigio Nostrates vexavit, eo potissimum certo fine, ut constrictum locum commode pro tutamine sui eligeret, ac tempori moras necteret, prouti etiam ad latus collis intra lutosum fluvium se recipiendo, postquam sat diu tormentorum ictibus certatum est, ac ob serenitatem temporis (namque jam imminebat hora quinta postmeridiana), neutri parti praelium ea die inire mens esset, accidit, ut Hostis certum passum ad quandam molam occupare intenderet, ac ideo aliquas Companias Militiae suae illuc mitteret, quod cum nostrates conspicarentur, ad expellendum Hostem pares vires opposuerunt, idipsumque Hostis suis succurendo industrie egit, ut ex hac levi occasione fere ad generale praelium res deveniret, prout etiam multi ex nostris, sine ordinibus in hostem ruere coeperunt. Et siquidem militia pedestris longe aberat, neque equestris, Militiae hostili pedestri commode, ob angustiam loci, oppositasque picatas trabes, se opponere poterat: pauca Infanteria nostra disturbata est, salutemque sibi fuga quaesivit, et hinc maxima pars Exercitus, rerum alias quid ageretur ignara, praesertim ex vesperascente caelo, tantam confusionem adiit, ut lineas suas relinquendo, hincinde dilaberetur. Tormenta omnia eadem nocte reducta sunt, praeter aliquot currus Artilleriae relictos, quorum pecora abacta sunt. Caedes ab utrimque (prout ex cadaveribus cognitum est) pauca fuit in praelio, ac ne ducentorum quidem numerum excessit, si tamen clades a tempore exitus hostis, ab Insula Danubii, consideranda est, dupplo major hostem mansit, nostratesque fugae ignominia secuta est; quamvis eadem nocte, postquam hostis campum obtinuit, pariter pars etiam Exercitus nostri campum Hostis occupavit, ac eadem nocte ibidem in vicinitate quievit.

EX CASTRIS SERENISSIMI PRINCIPIS AD IVÁNKA  
POSITIS 23. AUGUSTI.

Serenissimus Transylvaniae Princeps, tum ad peragendas, de futuris Regni Comitibus dispositiones, tum vero ut operationes hostis observare, ac iisdem commodius resistere possit, hic castra metatur, ac Excellentissimum Dominum Supremum-Generalem Comitem Bertsényi, tertio post praelium die, ad subjugandam amicis modis Moraviam, cum justa Exercitus parte exmisit, a quo receptae hodie Litterae referunt: Quod postquam fines Hungariae transiit, praevia tria millia militum Equestrium, partim in fines Austriae, partim in viscera Moraviae ire iussit, iis cum ordinibus, ut populo significarent, ut si qui incolarum se dederent, amice tractarentur, signanterque se a hostilitate averterent, ac in Confoederationem propulsandi jugi assumerentur; signanterque Silesitae hactenus nihil offensive agentes, quousque se a hostilitate averterint, ab inimitiis immunes reddantur, alii vero rigidioris cervicis, et qui hostilia arma in se verterent, rapinae et praedae subjicerentur, se vero cum corpore exercitus ad fluvium Moraviae sic dictum substitisse, ac postquam Vallum hostile Rohatecz obsedisset, continuisque tormentorum ictibus quassasset, insultu fervido expugnasse ac occupasse, caesisque plurimis, centum quadraginta, ex iis sese deditibus, in captivitatem traxisse ac ad Castra Principis exmissos esse, tam longe lateque divagantibus Hungarorum Armis, ut ipsos Olomuczenses campos peterent, ac abinde quicquid hostile occurreret, redeuntibus in praedam iret. Et siquidem praetitulatus Generalis ordines habet ulterius quoque ibidem se retinendi, antequam hae Novellae ad manus Exterorum veniant,<sup>1)</sup> audientur plenius residuis eorum actus, eo duntaxat tendentes, ut pristinus libero Regno Status, ac per hoc etiam publica Europae Pax redeat.

Quantum ad Pacem. — Etsi hactenus omnium votis operata sit, Litterae tamen D. mediatorum, mentem Aulae Viennensis

<sup>1)</sup> E passus nyilván mutatja, hogy a jelen hírlapok főként a külföld felvilágosítására készültek, és ezért volt nyelvök latin, nem magyar. Mert II. Rákóczi Ferencz fejedelem különben hadi szabályzatokat, törvényezikelyeket stb. általában mind magyarul szerkesztetett. T. K.

experimentes, Caesareis Deputatis, huc transmissae, animos Hungarorum ad continuandum bellum magis indurant, de verbo ad verbum hoc sensu sonantes: »Reverendissime ac Perillustres Domini Domini! Ex Literis Dominationum Vestrarum Reverendissimae et Perillustri, de decimo nono et vigesimo ab Uyvárino, per Dominum Baronem Szirmai huc transmissis, nec non ab aliis de vigesimo quarto et quinto, mensis currentis a Mocsonok datis, quas per ejusdem Secretarium hodie accepimus, libenter intelleximus, Confoederatos Hungaros constanti animo, in bonam et securam pacem et a tractatu ineundo, non alienos esse. Quoniam vero Dominationes Vestrae metuunt, ne bene coepta legatio, ex appropinquatione tantorum utrinque Exercituum, ingens immineret impendimentum et discrimen, ex hac parte officia nostra interposuimus, ut Sacra Caesarea Majestas, suum militem pro aliquibus diebus continere dignaretur. De quo Caesarea Majestas Clementissimam Suam mentem, sequenti modo aperuit: sibi vel maxime de sincera Confoederatorum Hungarorum intentione, super Pacis instituendum tractatum constare posse, si antecederit rite declaraverint. (1) Se nihil de Iure successionis moturos, nec illud in dubium vocaturos; (2) Se a restitutione clausulae Decreti Andreae Regis destituros, et (3) Se questionem de puncto Guarantiae, ad tractatum ipsum remissuros, uti per ultimas Literas nostras fusius explicavimus. Qua praevia facta declaratione, Sua Sacra Caesarea Majestas, omnia ad tractatum necessaria disponet. — Et ne alius aliquis Armorum conflictus salutari huic operi obstet: Sacra Caesarea Majestas, suis Belli ducibus mandabit, ut cessatio omnium hostilitatum, ad Octiduum ex utraque parte hac conditione stabiliatur. Ut Confoederatorum trans Vagum receptae copiae, intra hunc fluvium et Danubium se continere obstrictae sint. Vicissimque Sacrae Caesareae Majestatis Exercitus, ex hac Danubii parte tranquille manebit. Intra hocce octidui spatium vero sua Majestas Sacratissima, de modo et forma tractandi ulterius proponenda, clementissimae paterno amore et per benigno tranquillitatis restabiliendae studio exaudiet. Si Confoederati Hungari in conditiones has (uti speramus) statim consentient, opportunum credimus lucrandi temporis gratia, et ne quid infausti interim contingat, ut exoptata declaratio, per eundem, qui ad Nos redibit cursorem, Sacratissimae Caesareae Majestatis Belli Ducibus,

in transitu exhibeatur pro notitia: quibus previe jam injunctum est, ut eo casu ipso facto, secundum modum supradictum, ab omni hostilitate abstineant. Haec omnia ipsi Celsissimo Archiepiscopo scripsissemus, si nobis de ejusdem bona valetudine et adventu omnino liqueret; cui interim omnia prospera aprecamur et Nos obsequissime commendamus, permanentes Reverendissimae ac Perillustris Dominationibus Vestris, ad serviendum paratissimi: Georgius Stepney, Jacobus Joh: Hammel Brujninx. Viennae Austriae die 29. Julii 1705. « Cum vero praescriptum harum tenorem Serenissimus princeps in sincerum examen traxisset, ac ex eo evidenter intellexisset, quod Aula Viennensis, neque violento Haereditario Juri cedere, neque aboliti Andreae Regis Decreti restitutionem admittere vellet, ac Gwarantiam (quae primariae Hungariae conservanda basis est, ac ante omnem Tractatum, per Aulam Viennensem primum resolvenda adurgeretur,) ad ipsum saltem Tractatum disputandum relegaret; ideoque ad dandam super his resolutionem, octiduum ambitiose praescriberet, tale medio Caesarei Deputati Archiepiscopi Colocensis dedit Aulae rescriptum, Toti Orbi pro dignoscenda Negotiationis sinceritate communicandum, uti sequitur: »Celsissime Princeps, Parens mihi observandissime! Indefessus meus, isque continuus labor, qui in operanda Patriae meae felicitate, dies noctesque conjungit, ob continuas propemodum bellicas operationes, unice retardavit responsum ad Celsitudinis Vestrae Literas, quibus extractus Literarum Dominorum Mediatorum inclusus fuerat. Speraveram indubius, ad eum jam me deduxisse terminum desideratissimae Pacis tractatum, quod superatis magna ex parte diffidentiarum scaturiginibus, per sinceri animi mei documenta, felix salutaris operis dabitur initium; nec pro exiguo fundamento, serviverat mihi aequanimis Dominorum Mediatorum oblatio, qua mediante, inpartialem suam eamque sedulam appromiserant operam, ut vel dubitare nefas duxerim, quin tam diuturnus negotiationis tractus, tandem felicem non obtineat coronidem; accedebat his pronus nuncce Regnantis Majestatis adhuc vivente Patre animus, quo se Gentem Hungaram non tantum complecti, sed et infelicitati ejus propemodum condolere visus fuerat; reddidit spem meam infallibilem, clausulae Juramenti, per postremas Dominorum Mediatorum Li-

teras data explicatio, tanta cum fiducia, ut digne arbitrarer, ad inclinacionem negatiorum superfuturum nihil: ast vix non novissima prioribus pejora esse censuerim, transmissum legens extractum: Quod si enim prioribus, vel maxime duobus punctis, praevio tractatu consensum fuerit, quid de usu legum convenire oportet contracta basi earum? Quid praeter haec, propemodum de trivialibus agentibus, mediatione Guarantiaque opus erit? ubi exula Libertate, Regni vulnera incurabilia remanerent. Duram profecto conditionem negare non possum, ubi primo impositis tenis demum agi deberet, nunquis liber, aut captivus dici debeat? Pro quibus Celsitudo Vestra fidem sum impignorare, iteratis vicibus jussus, repetitis assecurationibus executus est, tanta cum energia assecurans, Majestatem Suam cuncta ea servaturam, qui Legibus consona fore reperta fuerint, Quid mirandum est, Guarantiam me tam constanter adurgere, siquidem et ipsa negotiationis praeliminaria, tantis iisque continuis variationibus subjecta sunt, quibus scriptae assecurationes, fideique Celsitudinis Vestrae (ut dictum) impignorationes, continua mutatione labefactantur, nec de reliquis cunctis tractatu concludendis, aliud credendum super esset, nisi toties petita Guarantia firmata transmitterentur in posteros. Sed justo dolore correptum retraho calamum, ignarus plus ne effusum, an effundendum lugeam Civium sanguinem, eo directas esse videns intentiones, ut a justo dolore excitatae Patriae meae flammae, non ablata, sed sopita diffidentia non in antum extinguantur, quantum cineribus coopertae in subsecuturum conserventur incendium. Octiduum pro resolutione datur, quam propemodum triennio sparsus cruor, furensque Bellona obtinere nequivit. Sed si cuncta haec silentio involuta relinquerem, a quo resolutio expectanda est non convocatis Statibus? Cui haec communicanda sunt? si quidem notum esse potuit, nec me, nec alium ullum, Regni negotia sine consensu Statuum tractanda assumpsisse. Scrutator Cordium, Princeps Pacis, sic sit Judex sinceritatis meae, prout eam, sublatis a parte mea cunctis difficultatibus, patefacere studueram; sit et ultor Justae Causae, in cuius oppressionem, novis his, quaesitisque coloratis sub praetextibus tenditur et effundendum innocentium sanguinem, justis furoris sui gladio ab iis expetatur, qui justae legalisque Pacis tranquillitatem reducere non desiderant. Quod porro me attinet, cum

de his resolvere, nec posse, nec auctoritatis meae est, ea denuo ad futurum Regni Conventum relegans, quosvis adversantis fortunae fluctus, immobili animo sustinens, fata secunda virtute sequar, tanto puriori conscientia, quanto ab ea minus arguor, me nihil in omnibus omisisse, quae ad reducendam dulcissimae Patriae meae Libertatem sive Pace, sive bello procurandam, de re esse judicavi. Quod si vero a parte adversa idem est animus, quid ad publicatum Statuum Conventum armis opus est? ubi de cunctis his deliberandum eveniet, nisi ne fors (quod credere nolim) apparenter blandientis fortunae potius illicebis, quam Legum Justitiae det Sua Majestas locum et Justitiam desiderantium indurato corde sitiatur sanguinem. Haec igitur dum sincero corde Celsitudini Vestrae, responsi loco notificata esse volui, eidem prospera cuncta desiderans permaneo, etc. Datum ex Castris ad Vagum positis, die 17. Augusti 1705.◀

Ex Bloquada ad Trencinium 20. Augusti.

Postquam hostis ex falsis rumoribus, arma Hungara per modernum praelium discussa fore persvasus est, tumide ex Moravia quoque, ante biduum erupit, Praesidio huic com meatum adducens; et cum Generalis noster Stephanus Petróczy, peracti status sciens esset, animos Bloquadae confirmando, in occursum hosti ire jussit, ademptoque cum meatu, resistentem partim in fugam dedit, partim victorioso profligavit.

Ujvárinó, 19. Augusti,

Hic omnia parantur ad defensionem fortaliti eo quod hostis, postquam se in Insulam Csalóköz, alias Schutt, recepit, pontem super Danubio, ad vicum Gúta sternere refertur, ac fortalitiu hoc obsidere velle spargitur. Et quamvis irritum hunc fore hostis conatum speremus; ut tamen eo felicius Comitibus Regni peragi possint, pars Exercitus nostri, in omnem casum hic excubias actura creditur. Dicitur porro, Hostem vallum suum Békavár nuncupatum deseruisse, ac actu in demolitione ejusdem laborare, eo, ut creditur, fine, ut ad succurrendum Moraviae, reprimendosque milites Rákóczianos in Trans-Danubiana parte viriliter agentes, ire possit. Colonellus Szekeres, Comitibus quoque Georgium Szétsényi incaptivasse dicitur.

## Ex Transylvania 16. Augusti.

Hic per Dei gratiam omnia pro voto succedunt. Occupato Medgyes fortalitiū Szamosújvár, post Bloquadae diuturnitatem ad gratiam et disgratiam Serenissimi Principis, se dedere coactum est, Praesidiarii que omnes, exceptis officialibus, armis Confoederatorum associati sunt. Cum vero ad propulsandam Caesaream vim nihil potius visum est, quam ut Passus Veres-Torony nuncupatus, (beneficio cuius ex Moldavia<sup>1</sup> commeatu se Cibinium juvit) occuparetur, Excellentissimus Generalis Simon Forgáts summo studio ac aperto Marte adoriri eum jussit, caesisque ad unum Praesidiariis omnibus, cruento insultu Juris Rákócziani effecit, ideoque Cibinio jam circum quoque ocluso, ac ad annonae caritatem redacto, Consilium Rabuthinianum, ad decipiendum populum hactenus fallax, minus sufficit, cum idem Generalis exemplo Ducis Caesarei Básta (qui vertente nunc saeculo Transylvania expulsus est,) vindicem hanc sententiam quotidie audire cogitur: Successere novi, veteres migrate Coloni.

---

<sup>1</sup>) Hibásan, Valachia helyett.